Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26044
Copyright: Admont, Benediktinerstift

solio suo, ubi se deum adorari fecerat, posuit. Focas autem cum multa scelera et ho
micidia perpetraret, ab Heraclio Heraclii patricii pretoris Affrice filio, vocatu
patricii Prisci generi sui, VIII. imperii sui anno interficitur. VIIII.
Anno ab incarnatione Domini DCXII. Heraclius occiso Foca a Sergio patriarcha coronatus LVI.
ab Augusto imperat, regnante in Francia Lothario Hilperici filio. Anno im
perii vero ... ex Eudoxia filium Heraclium seu Constantinum habuit. Mortua vero Eudox
ia Martinam sororis suae filiam inceste sibi copulavit ac Heraclonam ex ea sus
cepit. Huc usque Ysidorus episcopus hystoriam suam perduxit. Anno imperii sui VIII. dum pacem
peteret a Cosdroa rege Persarum nec impetraret, VIII. post hoc, id est XII. regni sui anno
procinctum movet in Persidem occisoque singulari congressu super pontem Danubii Cos
droe filio, vastata Perside Cosdroam, qui ablata de prophana manu eius ligno sancte
crucis interfecit, ac VIII. demum ex quo ceperat anno ad urbem victor rediens non mul
to post Hierosolimam lignum sanctum reportavit. Ex hinc exaltatio sancte crucis in ecclesia ce
lebrari cepit. His diebus Anastasius Persa primo magus, post fide assumpta monachus, no
bile martirium px. cum aliis LXX a Persis, Marzabona iudice, peregit. Cuius tunica
demoniacus indutus mox curatur. Huius corpus Heraclius cum capite [ei]us de Perside
reportavit ac in monasterio beati Pauli, quod ad Aquas Salvias dicitur, ubi nunc religiosorum
monachorum cenobium ex nomine suo vocatum esse cognoscitur, honorifice condidit.
Circa idem tempus Mahmet, quem Sarraceni hactenus colunt, ex stirpe Ismahelis patre gen
tili, matre Iudea fuisse dicitur. His diebus Lothario mortuo Dagobertus admodum pu
er, educatus a beato Arnulfo maiore domus, qui postmodum Metensis episcopus fuit, in Fran
(His diebus Dagobertus solus obtinet regnum Francorum)
cia, excepto quod fratri suo Heriberto cognomento Caligeri quasdam urbes ac pagos diviserat, solus
regnavit. A Clodoveo enim usque ad id tempus regno Francorum inter filios filiorumque
filios multifarie diviso confuse regnatum est. Erat autem Francorum terminus ab His
pania usque in Pannoniam, duos nobilissimos ducatus Aquitaniam et Baioariam,
Aquitaniam ad occidentem, Baioariam vero ad orientem habens. Dagobertus ergo totius regni prin
cipatum tenens Baioariis legem dedit. Hic dum adhuc vivente patre Lothario
cum Saxonibus pugnam iniisset ac graviter vulneratus esset, missoque ad patrem nuncio ac
cepto auxilio et rursum certamen aggreditur victisque ac fugatis Saxonibus (et Bertoldo duce eorum occiso) omnem provin
ciam sibi subiciens cunctos eiusdem gentis masculos, qui gladium suum, quem tunc for
te gerebat, mensuram excederent, necasse traditur. Beatus Cunibertus Coloniensem
tunc regebat ecclesiam. Porro Heraclius (imperator) a Sergio patriarcha deceptus Euticianus efficitur, ma
thematicus et astrologus factus, providens in stellis circumcisos imperium suum vasta

Post hec autem Chlotharius rex Francorum moritur et in suburbano Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur.
XXVI cap.
Bavaria